Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8381
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ostendimus. Si celestis patrie
facta duorum hominum meditamur.
Moyses namque cum in deserto
oves pasceret, domino per angelum
loquente vocatus est ut educende
preesset omni israhelitarum multitudini.
Sed quia apud se mente humilis
extitit, oblatam protinus tanti re-
giminis gloriam expavit, mox-
que ad infirmitatis proximum
decurrit dicens: Obsecro domine non
sum eloquens ab heri et nudius
tertius ex quo cepisti loqui ad
servum tuum, tardioris et impe-
ditioris lingue factus sum. Et se
proposito aliud deposcit dicens:
Mitte quem missurus es. Ecce
auctorem lingue loquitur, et ne
tanti regiminis potestatem suscipiat
elinguem se esse causatur. Paulus
quoque cum divinitus ad ierosoli-
mam ascendere debuisset ad-
monitus, sicut ipse galathis at-
tendens post annos xiiii iterum
ascendi ierosolimam assumpto
barnaba et tito. ascendi autem
secundum revelationem. isque in itinere
cum prophetam agabum repperisset,
quanta adversitas in ierosolimis
maneret audivit. Scriptum quippe
est quod isdem agabus zonam pau-
li suis pedibus inserens dixit:
Virum cuius hec zona est sic
alligabunt eum iudei in ierusalem.
Qui paulo autem protinus respondit: Ego
autem non solum alligari sed et mori
in ierusalem paratus sum pro nomine
ihesu. Neque enim pretiosiorem facio
animam meam quam me. Precepto
igitur revelationis ierosolimam
pergens adversa cognoscit et
tamen hec libenter appetit. Audit
que timeat, sed hec ardentius an-
helat. Moyses itaque ad pro-
spera de suo nil habens quasi
parvus renititur, ne israhelitice
plebi preferatur. Paulus ad
adversa etiam ex suo voto ducitur,
quia malorum imminentium cog-
nitionem percepit, sed devotione
spiritus etiam ad teriora fervescit.
Ille presentis potestatis gloriam domino
voluit iubere declinat,
iste deo aspera et dura di-
sponente studuit ad graviora
preparare. Pravitate ergo vir-
tusque dignum infracta vir-
tute exstruitur ut si obe-
dientie pugnam apprehende-
rent utrumque processus huius
secuti ex sola missione adversis
autem etiam ex devotione militavit /

Pastoral. regul. in capitulo
xxviii

Dum de cavendo obtre-
ctationis vitio tracta-
ret, exhibenda quoque humi-
litate a subditis quibuslibet
etiam pravis rectoribus adver-
tum est. Saul persecutorem cum
ad purgandum ventrem speluncam
tam fuisse ingressum. cum viris
suis David illic preerat qui
iam longo tempore persecutoris eius
mala tolerabat. Cumque eum sui
viri ad feriendum Saul accenderent /

Saul persecutorem cum ad purgandum
ventrem speluncam fuisse ingressum
illic cum viris suis david inerat qui
iam per longum tempus persecutionis eius
mala tollerabat